

Bunij consideratio.

**BVNIVM**, quod nostri Napum sylvestrem uocant, Plinius uidetur posteritatis memoriae prodidisse lib. x x. cap. IIII. ubi de napis ita scriptum reliquit. Naporum duas differentias & in medicina Graeci seruant. Angulosis foliorum caulibus florentis, & quod Bunion uocant, purgationibus foeminarum, & uescere, & urinæ utili decoctum, potum ex aqua mulsa, uel succi drachma. Semen dysentericis tostum, tritumq; in aqua calida e cyathis quatuor: sed urinam inhibet, si non lini semen una bibatur. Alterum genus Buniada appellant, & raphano, & rapo simile. Seminis præclarí contra uenena: ob id & in antidotis utuntur illo. hec Plinius. Ex cuius sane uerbis palam fieri arbitror, eam nobis plantam esse Bunium, que Napum sylvestrem rura in Hetruria appellant. Nascitur hec in culto solo, frigido præcipue tractu. Verum Pseudobunium, quod Graeci uocant, nondum mihi in Italia compertum est. Quod nulli mirum uideri debet: nam quod planta hæc fruticet in Creta, ut Dioscorides testatur, uidetur potius Cretensium propria, quam aliarum gentium. Bunium, ut Plinius tradit, antidotis admiscetur: quare & in ipsa Andromachi theria= ca Bunium expetitur. Vtiusque uires sane paucis tradidit Galenus lib. VI. simplicium medicamentorum, sic inquiens, Bunum, alijs arcticon, adeò exalfacit, ut & urinam moueat, & menses prouocet. Sed & Pseudobunium adsimilis illi caliditatis est. Quod Graeci Booniov, Latini similiter Bunium uocant: Itali, Naunone saluatico. Quod uero illi Φεύδοθούνιον, hi Pseudobunium, & Buno falso.

Bunii uires.  
ex Galeno.

Nomina.

Χαμαικίωσ. CHAMAECISSVS.

CAP. CXXI.

**CHAMAECISSVS** folio est hederæ, tenuiore, longiore: ramulis à radice quinis senisve, dodrantalibus, foliosis: flore uiolæ albæ simili, candidiore, ac tenuiore, gustu supra modum amaro: radice tenui, candida, inutili. nascitur in cultis. Bibunt conuenientissimè ischiadici folia, tribus orbolis in aquæ cyathis tribus, tricenis, quadragenisve diebus: eodem pota modo, senis aut septenis diebus, regium morbum purgant.

Chamæcissi  
consider.

**CREDIDIT** Leonardus Fuchsius, medicus etatis nostræ celebris, in suo de stirpium historiæ commentario, nihil differre Chamæcißum ab ea vulgaris notitiae planta, quam, ut superius libro tertio in Asclepiadis mentione diximus, herbariorum uulgaris Hederam terrestrem nominat. Sed cur eius sententiam comprobem, sane non habeo. Siquidem uulgaris hedera terrestris folio constat rotundo, quadantenus serrato: caulibus, uel potius funiculis uitilium modo longis, humi longo tractu repentinibus. Chamæcißus uero Dioscoridi folijs est hederæ, tenuioribus, longioribus: ramulis à radice quinis senisve, dodrantalibus, foliosisq;. Adde quod Chamæcißi flores uiolæ albæ similes facit Dioscorides, ac etiam candidiores. Sed terrestris hedera florem profert pusillum, in candido purpurascentem. Quibus utique rationibus ducor, ut putem, hanc herban non esse Chamæcißum, quod notis inter se plurimis pugnare deprehendantur. His etiam accedit, quod Chamæcißos (si Plinio credimus lib. x x. IIII. cap. x. v.) spicata est trinci modo: & cum floret, existimari potest alba uiola. Ruellius hanc in Gallia nasci scribit. Sed eam allam esse à Chamæcißo hic representato perspicuum est: ea enim, que Plinius refert, à Dioscoride dissentunt, quem nullam spiculum mentionem fecisse constat. Evidem, ut in genere fatear, nullam hac tenus in Italia herbam comperi, quam legitimum esse Chamæcißum ausim affirmare. De uiribus Chamæcißi breuiter differunt Galenus libro VIII. simplicium medicamentorum, ubi sic inquit. Chamæcißi flos, cum sit admodum amarus, iecur obſtructione liberat. Sunt & qui ischiadicis ipsum exhibeant. Hæc planta ut Græcis χαμαικίωσ, ita etiam Latinis Chamæcißus nuncupatur.

Chamæcissi  
uires ex Gal.

Nomina.

Χαμαιλέυνη. CHAMAELEVCE.

CAP. CXXII.

Chamæleuces  
confid.

**CHAMAELEVCE** lumborum doloribus propitia est. herba uires, incurvis folijs, surculisque: flore rosaceo.

Chamæleuces  
uires ex Gal.  
Nomina.

**SANE** quam paucis Chamæleuceis historiam perstrinxit Dioscorides, quare difficultissime quidem decerni potest, quenam in uniuerso plantarum genere Chamæleuken refrat. Ceterum hic silentio non disimulandum puto, quod non desunt codices (ut Marcellus & Rennellus Dioscoridis interpretes aiunt) in quibus non χαμαιλέυνη, sed χαμαλέων legitur. Alteram quidem lectionem nos quoque magis probamus, tum quod in nobis Dioscoridis nomenclatur Chamæleuce mihi aliud sit quam tusilago, quem admodum & apud Plinum libro x x. IIII. cap. x. v. ubi eam Farranum siue Farfugium uocari tradit: tum etiam quod eodem loco Plinius idem ferè scripsit de chamepeucc, quod de chameleuce in hoc capite scriptum reperitur. Quod haud dubie ostendit, huius capitinis initio mendum subfesse. Et certè facilis ac lubricus potuit esse librariorum lapsus, ut qui unius tantum literæ mutatione χαμαιλέων pro χαμαιλέων scripserint. Porro Plinius chamepeuccen folijs laricis similem reddidit. mihi tamen ea uidetur potius picea & folijs assimilanda, si in composito plantæ nomine uolumus recte posterioris uocis significatum spectare: nam picea τεύνη, larix uero λαρix item Graece dicitur. Chamæleuce, ut author est Galenus lib. VIII. simplicium medicamentorum, calidæ est facultatis tertio quodammodo ordine, siccæ primo. Ea Graece χαμαιλέων, Latinè item Chamæleuce, & Chamepeuce uocatur.

Βούγλωσσον.

BVGLOSSVM, BORRAGO.



Βούγλωσσον. BVGLOSSVM, LINGVA BVBVLA.  
CAP. CXXIII.

BVGLOSSVM VVLGARE.



BVGLOSSVM nascitur in campestribus, & fabulosis. Iulio mense colligitur. Aiunt eam, quæ tres thyrsof emittit, cum semine, & radice tritam, potamque contra tertianos horrores prodesse: quæ quatuor, ad quartanos: ea in uino decoquitur. Herbam abscessibus utilem esse uolunt. Verba-  
fco simile est, folium in terra sparsum, nigrius, asperum, bubulas imitans linguis. Quod in uinum  
40 deiectum, animi voluptates auget.

Quod diligenter Buglosi historiam expendunt, omnes herban Borraginem uulgò vocatam, in hortis, alijsq; lo-  
cis nascientem, potius leguum esse Buglossum censem, quam illam, quæ Buglossa uulgò nominatur, cuius in officinis  
communis est usus. Quorum equidem iudicio non dubitauerim subscribere. siquidem Borago dicta folijs est in uni-  
uersum uerbasci similibus, nigrioribus tamen, & asperioribus: quibus etiam hęc symphytum alterum emulatur, quod  
folia buglosso proxima ferre superius prodidit Dioscorides. Adde preterea, quod folia Borraginis in terram pro-  
cumbunt, & bubulas linguis tum forma, tum asperitate imitantur. Contrā quæ Buglosi nomen sibi uendicauit,  
folia habet longa, echio similia, non usqueadē lata, ut bubulas referant linguis, minusq; humili depressa, que potius  
ē toto ferme cespite sursum aspiciunt, nec aliqua ex parte uerbascum, aut symphytum alterum repräsentant. Non ob-  
50 id tamen negare auferim, quin uulgare Buglossum in campestribus nascens, iisdem cum Boragine polleat uiribus:  
quandoquidem eadem utriusque asperitas, idenq; sapor gustui manifestū præbent eiusdem facultatis indicium. Atq;  
facie non multum dissidere ea inuenias, si illud genus species, quod hodie in hortis scribitur ex Hispaniis allatum: hoc  
enim et si uerbascum adeō adamus non repräsentet, quemadmodum Borago; foliorum tamen effigie bubulas lin-  
guas maximè imitatur. Sed quoquomodo hęc seres habeat, concedam facile Boraginem, & uulgarem Buglossam  
& specie, & forma inter se differre: attamen crediderim alteram ad alterius uires proximi accedere, & si non eae-  
dem utrisque, simillimas tamen inesse. Ceterum non defunt, qui his rationibus neglectis afferant uulgare Buglossum  
Echij omnino genus esse, quod illud omnibus notis referre putent. Alij uero sunt, qui idem Buglossum Circium existi-  
mant. Verum nos aliud à uulgari Buglosso & echium, & circium esse censemus, ut abunde suis locis docimus.

Buglosi con-  
sideratio.

Quod insuper Borago facile sit legitimum Buglossum, Auicenne testimonio comprobari potest, qui libro 11. sui  
canonis ita scribit. Lingua bonis est herba lata, habens folia sicut almaru, & ad tactum aspera, & rami eius asperi,  
sicut pedes locustarum. Oportet autem, ut illa administretur, que est in Corasceni, crassa habens folia, super quorum

Buglosi de-  
scriptio Au-  
cennæ.

Cc faciem

faciem sunt puncta, quae sunt radices spinarum, & pilorum excurrentia ab ea. Quibus notis adeo evidenter nostram Borraginem expressu Auicenna, ut nemo non intelligat, hanc esse Linguam bubulam. Eam preter morem descripsit Auicenna, quod suo quoque tempore non decessit, qui ueri Buglossi loco aliam quandam substituerent plantam, ut aperte eius uerba declarant, dum subdit. Quae autem in hac terra reperitur, & qua utuntur medici, plurimum eius est genus almaru, & non est lingua bouis, & neque consert, ut inuancementum illius est. hactenus Auicenna. His omnibus illud denique accedit, quod apud Apuleum in eo libello, qui de herbarum medicamentibus inscribitur, inuenio Buglossum Lucanis Corraginem nuncupari prioris tantum litterae mutatione, quod cordis affectibus quam maxime opituletur. Quae sane omnia, ni fallor, clarissime ostendunt, Borraginem esse uerum ac legitimum Buglossum.

Buglossi uires ex Gal.

Nomina.

De cuius uiribus differens Galenus libro VII. simplicium medicamentorum, sic inquit. Buglossum humide calidæq; temperie est. Itaque uinis inieictum, letitiae ac hilaritatis causa esse creditum est. Sed & ijs, qui ob fauicum asperitatem iussiunt, coelum in melicrato conuenit. Herba, quæ Græcis βούγλωσσος, Latinis item Buglossum & Lingua Bubula nominatur: Arabibus, Lisen althaur, seu Lesan althaur: Italisch, Borragine: Germanis, Burretsch: Hispanis, Borrata, & Borraines: Gallis, Borrache.

### CYNOGLOSSVM.



Cynoglossi consider.

### CYNOGLOSSVM VVLG.



Plinii lapsus.

Kυρδιανος. CYNOGLOSSVM.  
CAP. CXXIIII.

C Y N O G L O S S O N folia latifoliae 20 plantaginis habet, arctiora, minora, lanuginosa: caule vacat, & humili sternitur. prouenit in fabuletis. Folia cum suillo adipe ueteri, medentur morsibus canum, alopecijs, & ambustis.

Emollit aluum, decoctum herbæ ex uino potum.

L E G I T I M U M Cynoglossum, quod, Dioscoride teste, neque caule, neque flores, 30 neque semen gignit, plures non modo uidimus; sed etiam legimus Romæ post Adriani molem in sabulosis quibusdam locis enatum. Hoc à uulgari Cynoglosso, quo paßim officine utuntur, perquam longè distat: quippe quod in radiantis solis morem folia fert, suppingua, tenui lanagine albicantia, humili strata, & caule perpetuo uiduum est. Illa uero planta, quæ Cynoglossi usum omnibus præstat, plurimos eruit caules, cubito sèpius longiores, adnatis in cacumine ramis: quibus flores insunt purpurei, echo similes: è quibus deinde quedam parue prodeunt lappæ, nō sine magno naturæ artificio factæ, quæ contactu uestibus pertinaciter adhærent. Meminit Cynoglossi Plinius libro XXV. cap. VIII. his uerbis. Iungitur & Cynoglossos caninas imitant linguis, topiarijs operibus gratissima. Aliuntq; quæ tres thyrsoes seminis emittat, cius radice potam ex aqua ad tertianas prodebet: quæ quatuor, ad quartanas. Est & alia similis ei, quæ ferat lappas minutæ. h.e Plinius. Ex quibus satis perspicuum esse puto, quod neutrum Cynoglossi genus à Plinio traditum, Dioscoridis Cynoglosso respondet. Siquidem primū Plinio caules uel thyrsoes edit adeo flexiles, ut iij topiarijs operibus maxime conueniat. Dioscoridi uero plata est sine caule, quæ humili sternetur. ut hinc apertissime constet, hanc operi topiario, ut aliquid conuestiat uel contexat, prorsus inepta esse. Addo quod Dioscoridi Cynoglossum medetur canum morsibus, alopecijs, & ambustis: quinetiā aluum emollit. Plinio autem ad tertianas tantum, & quartanas prodest. Id quod de Buglosso intelligitur, ut superiori capite testatur Dioscorides. Hinc itaque palam fieri arbitror, Buglossi historiam, & uires cum Cynoglosso turpiter confusisse Pliniū. Cuius certe lapsus non animaduerterunt recentiorum nonnulli, qui Plinij auctoritate fratri contra Dioscoridis grauem sententiā probare contendunt, Cynoglossum caules, flores, & semen proferre. Quod autem secundo loco à Plinio describitur, lappas mi-

nutas

nutat ferens, nil aliud, meo quidem iudicio, fuerit, quam uulgare Cynoglossum omnibus notum. Quo fit, ut omnino errasse existimem Ruellium, & Fuchsium siros alioqui doctissimos: quippe qui crediderint, uulgarem Cynoglossam esse Lycopisn, ut etiam suprà suo loco monuimus. neq; enim hos animaduertisse video de hac cum alio Cynoglosso scripsisse Plinium, ac deinde speciatim de Lycopis lib. x x v i. cap. x i. Cynoglossi in libris de simplicium medic. facultatibus nusquam reperto meminisse Galenum. Id Græcis ιωνιών, Latinis Cynoglossum & Lingua ca= nina uocatur: Italis, Cinoglossa.

Ruel.&Fuch.  
error.

Nomina.

Φύτευμα. PHYTEVMA.

CAP. CXXV.

20 PHYTEVMA folia habet struthij, minora: copiosum semen, perforatum: radicem paruam, tenuem, per summa terræ nitentem. Quam ad amatoria conuenire, nonnulli scriptum reliquerunt.

CVM sit usus Phytumatis ad amatoria duntaxat, exemplo Plinius ductus, plura hic de eo referre superuacuum habeo: præsertim quod nulli rei herbarie studio id hodie compertum esse sciam. Mibi quidem hactenus herba hæc incompta est. Quare eam relinquamus in hortis Veneris, quos ipsa ad delicias & amatoria tantum colit, donec quis Deæ charissimus hanc herbam edocet, eam nobis quoque indicare poset. Huius, tanquam superuacue, & inutilis herbae, Galenus & Paulus nusquam, quod legerim, inter simplicia meminerunt. Φύτευμα ut Græce, ita etiam Phytema Latine dicitur.

Nomina.

Λεοντοπόδιον. LEONTOPODIVM.

CAP. CXXVI.

LEONTOPODION duum digitorum herbula est, folia ferens angusta, longitudine ternum, quaternumve digitorum hirsuta, que iuxta radicem lanosiore flocco canescunt: capitula in summo caule quasi perforata: flores nigri: semen vsqueadeo spissa lanugine inuolutum est, ut sœpe fallat: radice parua cohæret. Quam tradunt appensam ad amatoria prodeſſe, & tubercula diſcutere.

VERVM Leontopodium hactenus non solum mihi incomptum est; sed alijs quoque ignotum esse arbitror: nullum enim inueni, qui ipsum hodie ostenderet. Neque propterea hoc multum curare debent medici, cum & eo adalligato ad amatoria tantum ufa fuerit antiquitas. Ceterum hic non est audiendus Brunfelsius, qui Stellariam herbam uulgò uocat in suo onomastico Leotopodium esse scribit. Quia in re nō minus hallucinatus deprehenditur, quam in alijs compluribus.

HIPPOGLOSSVM.

Brunfelsij er-  
ratum.

Vocant ita Λεοτρωόδιον Græci, ut Latini quoque Leonto-  
podium.

Nomina.

Ιωωδύλωσον. HIPPOGLOSSVM.

CAP. CXXVII.

HIPPOGLOSSON, frutex est folia habens rufi tenuis figura, & spinosam comam, & in summo ceu linguas è folijs exentes. Capitis dolorem corona ex comis imposita minuit. malagmatis radix, succusq; admiscetur.

Hippoglossi  
consideratio.

HIPPOGLOSSVM, quod in folijs ueluti prominentes linguas proferat, Bislinguam uocat Hetruria, alij uero Bonifaciam. Nascitur hec frequentissima in Liguria Alpibus, Urbinate agro, & quibusdam syluosis montibus non longe à Goritiensem comitat, quā iter est in Hydriam ad argenti uini fodinas. Veruntamen non est hec Laurus Alexandrina, aut Ideæ, de qua infra suo loco differemus, ut in suo insigni de plantarum historia commentario existimat Fuchsius. Quandoquidem Laurus Alexandria e foliorum umbilico nullam aculeatam exerit linguam, sed tantum fructum rotundum tiliæ modo longiori pediculo appensum profert. Hippoglossum recentiores longè pluribus commendant uiris, quam fecerint antiqui scriptores. nam, ut illi tradunt, in ueteri affectibus magno datur iuuamento. Quo fit, ut strangulatu nulue laborantibus mulieribus radicis, aut herbae puluis cochlearis mensura, ex uino, uel iure haustus, praesertim remedio opem fert. Hippoglossum recentiores longè pluribus commendant ui- uires.

Ce ferat.



ferat. Est & ad puerorum enterocelas praestantissimum medicamentum, si diutius diluculò hauriatur puluis idem sesquidrachmæ pondere ex maioris symphyti decocto. Verum id sumentibus cuenit, quod primis tantum diebus adeo ramicem pulsare percipient, ut intestina foras prolabi uelle videantur: quare subcingulis, fascijs, & fibulis reprimuntibus, roborantibusq; primis diebus uti opus est. Que planta Græcis ἡ τούγλωσση, Latinis similiter Hippoglossum appellatur: Italis, Bislingua, & Bonifacia: Germanis, Zepfflir kraut: Hispanis, Lengoa de cauallo: Gallicis, Lingua pagana.

## ΑΥΤΙΡΡΗΝΟΥ. ANTIRRHINUM.

## CAP. CXXVIII.



Antirrhini cōfederatio.

Antirrhini uires ex Gal.

Nomina.

Nomina.

ANTIRRHINON, alij anarrhinon, uocantherbā <sup>20</sup> caule, & folijs anagallidi similem: florem albæ uiolæ, purpureo, minore tamen, ideoque sylvestris anagallis nominata est: semine uituli narium simili. Tradunt peruncetos ea cum oleo lilio, uenustiores fieri, nec ullo medicamento laedi posse, si quis appensum gestet.

VARIAT admodum Antirrhini apud ueteres historia. Si quidem Dioscorides Antirrhinum herbam folijs, & caule anagallidi similem reddidit. Theophrastus uero eadem aparatu similem fecit. Veruntamen Antirrhinum illud, quod ego sepe tum uidi, tum etiam legi, semine uitulinum caput referente, unde Galenus hoc & Bucranion appellari prodidit, folijs est longiusculis, & angustis, lino, aut oſyridi similibus: floribus lychnidi coronaemuluis, purpureis, & uisul gratia. Huic sane adstipulari uidetur. Plinius libro x x v. cap. x. ubi Antirrhinon, fortasse rectius quam alij, depinxit lino simile, & semine uituli narium. Unde facile suspicor, Dioscoridis & Theophrasti exemplaria hoc in loco depravata esse, atque in aliqua parte uitium latere. Antirrhini meminit Galenus lib. vi. simpl. medicamentorum, ubi de eius uiribus ita scribit. Antirrinum, aut anarinum semen habet uituli narium simile, ad sanationes inutile. Ipsum autem adsimilis est cum bubonio facultatis, sed multo minoris. Itaque ex illo de hoc coniicito. Hoc ut Græci οὐτὶς ιόνιον, ita etiam Latini Antirrhinum uocant: Itali, Antirrhino: Germani, Orant, Sterck kraut, seu Streich kraut: Hispani, Cabezza de ternera: Galli, Moron violet,

## Κατανάγκη. CATANANCE.

## CAP. CXXIX.

40

EX EBO genere una, folia coronopi habet, longa: radicem iuncti modo prætenuem: capitula sena, septenava, in quibus erui semen inest. Arescens in terram flectitur, & se contrahit ad speciem unguium milui examinati. Altera mali parui magnitudinem explet, radice exiguae oliuæ magnitudine: folijs quoq; oliuæ colore, & figura, mollibus, diuisis, humili inclinatis: semen ut cicer, minutum, in uirgulis dependet, punicei coloris, multis foraminibus pertusum. Vtranque narrant in amatoria expeti. Thessalicæ mulieres his uti traduntur.

Catanances consider.

Ruellij error.

Nomina.

NEUTRVM equidem Catanances genus hactenus me comperisse fateor, neq; aliquem scio in Italia, qui alterum sattem legitimè nouerit. Sed nihil certe referre arbitror: quippe quod ea rebus uenereis tantum conueniant, & amatorijs nascantur. Proinde mulieribus Thessalicis relinquenda sunt, quibus olim fuit usus: presertim cum hac exitate homines in uenerem admodum proclives sint, atque etiam multi nimis calent amatoria. tantum abest, ut etiam huiusc modi herbarum, si cognoscerentur, auxilia ijs indicari debuissent. Cæterion existimat Ruellius in hoc subscribens Hermolao secundi generis Catanance recte eam herbam dici posse, quam herbariorum uulgaris Bistortam appellat. Sed meo quidem iudicio errat Ruellius, quod Bistorta dicta rumicis folia proferat, & radices quandoque humani brachij crassitudine, anguum modo contortas, non autem paruas oliuæ magnitudine, uelut altera Catanance. Nomen eius Græcum κατανάγκη, Latinum item Catanance.

Τειπόλιον.

Τριπολίον. TRIPOLION.

CAP. CXXX.

TRIPOLION, in marinis nascitur locis, quæ allidit unda, recedensque dimittit, neque in mari, neque in sicco: folio glasti crassiore: palmeo caule, in mucrone diuiso. Eius, ut tradunt, flores colorem ter die mutant, mane candidi, meridie purpurei, sero punicei conspicuntur. Radice alba, odorata, calidi gustus. Quæ drachmis duabus in uino pota, aquam, urinamque per aluum extrahit. In medicamenta digeritur, quæ uenena arcent.

TRI POLIVM Serapioni Turbit appellatur. Quapropter credidere nonnulli, Turbit uulgò uocatum Dio- Tripolij con scoridis esse Tripolium, præsentim quod ipsum & album, & delectorie facultatis esse deprehenderent. Veruntamen sideratio.  
 rem alter se habere illud argumento est, quod communis usus Turpetum nullo commendetur odore, nec gustui acre-  
 dinem relinquat, sed tantum salcedinis, & asperitatis quidam. Ex quibus sane notis afferere licet, Tripolium in Italia non reperi, neq; aliunde aduehi: quemadmodum nec Turbit, de quo differuit Aucenna, quem etiam Diosco-  
 ridis Tripolium intellexisse reor. Ceterum ab his longe differre uidetur TVRBIT, quod à Mesue describitur, Turpeti con-  
 sideratio.  
 nostrati Turpeto omnibus prorsus notis respondens. Ait enim Turbit radicem esse herbe folia ferula minora seren-  
 tis, triplicijs notari differentia, nempe alba, subcinerea, & nigra. Quæ quidem omnia in nostri usus Turpeto dili-  
 genter intuentibus facile sese offerunt. Siquidem in Turpeti radicibus, que ex orientali plaga ad nos deferuntur, o-  
 mnes hi reperiuntur colores: non tamen quod putem, eos ita factos esse tantum ex ipsius plantæ natura; sed quod ob  
 uetus statem, & aduentij aeris humorem radices hæ corrumpantur, & nigrescant, illosq; sibi asplicant colores. Cu-  
 ius rei in causa etiam esse potest maris, per quod conuechitur, exorta procella, undis tristis super antibus, quibus ma-  
 defactæ radices facile situm, uel nigredinem contrahunt. Præterea cum afferat Actuarius, nil aliud esse album Tur= Tripolij  
 petum, quam alypia radicem, eorum plane refellitur opinio, qui Mesuem errasse existimant, quod album Turpetum  
 dixerit plantæ radicem esse, que folia ferret ferulacea. quandoquidem alypum, sive alypia, ut in sequentibus docebit  
 Dioscorides, folijs tenuibus profilit, quemadmodum & ferula. Ex his igitur, ut arbitror, abunde liquet, Turpetum  
 tam Mesui, quam Actuario alypia esse radicem. Est & aliud Turpetum, quod potius pseudoturpetum dixerim, cras-  
 sius, & cortice nigrius, quod ex Gargano Apulie monte conuechitur dupli genere, quoniam unum ē thapsiæ, alte-  
 rum ē pityusæ radicibus concinnant impostores, à quibus hæc omnia didicimus. Non itaq; ab re scripsit Actuarius, ni-  
 grum Turpetum radicem esse pityusæ. Verum hoc (ut mea fert opinio) Mesuis Turpetum haudquam fuerit, cum  
 ipsius Turpetum nil aliud esse existimem, ut paulò ante diximus, quam alypia radicem. Quanquam putat Brasauo= Brasauoli er-  
 lus, nulla tamen, quod equidem sciám, ratione uel authoritate nixus, apud Mesuem Turpetum omnino tithymali myr= ratum.  
 finitis radicem esse. Sed quantum myrtifolia à ferula folijs differant, qui nesciunt, rei herbariae peritos consulant.  
 Fuchsius porro libro de compositione medicamentorum Turpetum, de quo Mesues egit, ē Thapsiæ radicibus exem= Fuch. opinio  
 ptum existimat. Sed ipsius quoq; sententia mihi plane, ut libere dicam, reprobanda uidetur: nam è ueteribus nullum reiecta.  
 hactenus reperi, qui Thapsian lacteo succo turgere scribat: cum tamen Mesui Turpetū à planta eximatur, que plu-  
 rimo lacte madet. Prestat in Turpeti genere album ex orientali plaga allatum, resinum, minime cariosum. Dei-  
 cit hoc pituitam, crassos lentoq; humores ad articulorum compagines defluentes, remotioresq; corporis partes.  
 Ventriculum expurgat, & que illi penitus inherent excrements detergit: item & pectus à pituita lentore. Datur  
 magno iuuamento aqua intercute laborantibus: item elephantiacis, & Gallicis lue affectis: quin & ijs, qui morbis ab  
 exustis humoribus prouenientibus sunt obnoxij. Prodest diuturnis febribus, & in uniuersum ubi pituita redundet. ue-  
 rūm qui sumunt cauere debent à piscium esu, & australi flatu. Sed iam ad Tripolium nostra redeat oratio. Repe- Plinij lapsus.  
 rior hac in historia non parum hallucinatum esse Plinium libro xxi. cap. viii. ubi turpiter Tripolium cum polio her= Tripolij ui-  
 ba confudit, adeo ut afferere non dubitauerit, polium ter in die foliorum mutare colorem. Id quod de Tripolij flori= res ex Gal.  
 bus tradi diceret tum Dioscorides, tum antiquorum reliqui. Tripolij quam breuissime meminit Galenus libro viii. Nominæ.  
 simplicium medicamentorum, ita scribens. Tripolij radix acris est, & facultate calida in tertio excessu.  
 Quod Græci τριπολίον, Latini quoq; Tripolium dicunt: Itali, Tripolio.

Αδιάντον. ADIANTVM.

CAP. CXXXI.

DIANTON, polytrichon, pusilla gerit folia, similia coriandri, in summo incisuris diuisa: cau-  
 liculi, quibus exoriuntur, nigro colore nitent, prætenues, palmum alti: radice superuacua: neque  
 caulem, neque fructum, neque florem profert. Decoctum herbæ potum, prodest spirandi difficultati, suspiriosis, lieni, & felle suffusis, & urinæ difficiili: calculos frangit, aluum fistit, serpentium mor-  
 fibus auxilio est: contra stomachi fluxiones in uino bibitur: secundas ciet, & menstrua: sanguinis refectiones inhibet. Contra serpentium morsus cruda herba illinitur, alopecias densat, strumas di-  
 scutit: surfures, & manantia capitis ulcera ex lixiuio emendat: defluentes capillos continent, cum la-  
 dano, & myrtino, & fusino, aut hyssopo, uinoque. Decoctum eius cum lixiuio, & uino infusum, idē  
 præstat. Coturnices, & gallinaceos pugnaciores facit, in cibos eorum additum. Seritur gratia utili-  
 tatis pecorum circa ouilia. Vmbrosis, & palustribus, circa parietum aspergines, & fontium specus  
 enascitur.

Cc 3 Τριχομάνες.